

utrumque extremum, cum non minus essentialiter respiciat unum, quam alterum.

33 Respondo negando maiorem esse universaliter veram, ut constat ex dictis supra n. 9. Ad primam probationem dico ad modum esse actuale, & intrinsecam modificationem eius, cuius est inhærens, non vero, cuius est tantum terminative, quo pacto solum in proposito, Verbum dicitur ab unione modificari, & quantumvis uno sit utriusque extremi modificatio intrinseca, quatenus utrumque unit constituto utrumque in invicem intime prærens substantialiter, non tamen inhærens, quia minime opus est, quod utriusque, ut sic explicatur est Ad secundam dicendum, unionem dare formalem denominationem uniti, scilicet immediate vel per inhærentiam, vel per intimam terminationem, & hoc pacto denominationem Verbum unitum. Ad tertium, concedo modum respectivum, qualem est unio, utrumque modificare extremum, que unita denominatur non tamen eodem modo, nam unum modificat per inhærentiam, alterum vero solum per intimam terminationem, si nequit subsistere unione, ut est in proposito de Verbo.

Dices, ergo hæc unio à puro respectu non differret, qui solum unum modificat extremum, & terminatur ad aliud. Respondeo, etiam purum respectum in utroque extremo recipi subsistentem, & intrinsecum esse illius capax, & potest etiam negari consequentia, quia purus respectus, ut sic, non requirit terminum intimè præsentem, ut unio, cum terminari possit ad terminum distantem; & ille recipit terminum sub ratione puri termini, unio autem hypostatica respicit Verbum, ut substantialiter humanitati consociatum, & non tantum ut localiter indistinctum. Dices rursus, si unio subsistat in humanitate tantum, & non in Verbo non esse maior ratio, cur potius Verbum sit humanitati coniunctum, quam aliz persone, cum non minus aliz sit per intimam præsentiam humanitati coniuncta, quam Verbum. Negatur consequentia, quia relique persone non sunt intimè præsentis humanitati vi unionis formaliter, sed tantum vi immanentis, & identitatis cum eadem natura Verbi; unde præsentia intima aliarum personarum cum humanitate est sola in distantia localis; at unio Verbi cum eadem humanitate est, nec in distantia localis, sed etiam substantialis, ratione cuius dicitur substantialiter homo, & in humana natura subsistere; non sic aliz persone.

34 Deinde obiicitur, repugnare talem unionem inter Verbum, & humanitatem que substantialiter dicitur, nam ex duobus entibus completis nequit fieri unum per se, nec extrema unionis substantialis debent esse entia incompleta, quorum unum sit per se actus, & alterum per se potentia, ex dictis in Physicis; sed Verbum, & humanitas sunt duo entia completa habet enim humanitas Christi totam perfectionem nature humane, alioquin si careret aliqua perfectione ad integritatem nature humane spectante, Verbum naturam defectuosam, ac veluti mutilam assumpserit; ergo non poterunt uniri substantialiter. Confirmatur, quia præsertim in Scoti sententia hæc unio non est modum quidem substantialis, absolutus, vel partim absolutus, partim respectivus, ut ajunt Thomistæ, sed pure respectivus, ac mera relatio extrinsecus adveniens; non enim necessarium, nec naturalem ponitur, postea natura humana, & supposito extrinsecus ergo hæc unio nequit esse substantialis.

35 Respondeo, hæc unionem omnino dici debere substantialem cum Patribus, & Conciliis, ut notat Doctor 3. disp. 7. q. 1. §. quinto videndum, per quem refertur, quod dicitur modus substantialis absolutus, vel partim absolutus, vel partim relatiuus; nam examini ponatur pura relatio extrinsecus adveniens; hoc non obstat, quo minus hæc unio dicitur substantialis, quia ut dictum est disp. 1. Phys. q. 9. unio non dicitur substantialis, vel accidentalis, quia in se sit accidens, vel substantia, sed quia unit extrema accidentaliter, vel substantialiter, unde etiam si sit inter extrema, quo ambo sint substantie, non tamen uniantur sub ratione substantiali, sed accidentaliter, ut sunt motor, & mobile, unio adhuc erit accidentalis; ac si sit inter extrema substantia, & substantia unita, ut sunt materia, & forma, que per se unita dicuntur, quia materia est per se potentia, & forma per se actus, unio dicitur substantialis, etiam si non sint, nisi pura relatio extrinsecus adveniens, ut docet Scotus, loquens de unione corporis, & animæ 4. d. 43. q. 1. C. modo hæc unio hypostatica, est si pura relatio extrinsecus adveniens, substantialiter unit humanitatem cum Verbo, & non accidentaliter tantum; hæc enim duo non uniantur sub ratione aliqua accidentaliter tantum, sed substantialiter, ut eleganter ostendit P. Bellorus disp. 3. q. 6. nam quicquid pertinet ad modum per se essendi substantiæ, dici debet ratio substantialis ipsius, substantia autem est huiusmodi, quia licet in nostra sententia sit formaliter quid negativum, adhuc tamen talis negatio spectat ad complementum per se essendi substantiæ, modo quodam negatio, ut declaratum est supra n. 20. cum per substantiam natura incommodabiliter existat, quia ratione talis negatio convenit nature, antequam adveniat ipsi aliquid accidentis; si ergo substantia est ratio, cur natura per se completè, & ultimè existat, qui est modus peculiaris per se existendi sub-

stantiæ, iam aduablibas nature, & actuæ subsistentiæ erunt quedam rationes substantiales; & consequenter natura humana, & verbum substantialiter unientur, quia sub ratione substantiali: eo vel maxime, quod perfectus natura humana actuatur, & completur per substantiam divinam, que est entis positiva; Ex quo patet, minime Scoti opinionem intellexisse Recentiores quosdam, censentes sapere errorem Nestoris, eo quia unionem hypostaticam dixit importare puram relationem extrinsecus adveniensem, Quando enim in quinta Synodo damnatur Hæreticus ille, quod dixerit hæc unionem factam esse secundum relationem hoc damnatum in sensu Nestoris, qui volebat, Verbum unitum fuisse humanitati solum secundum gratiam, & affectum, & secundum relationem amici ad amicum, à quo longè diversa est mens Doctoris, qui veram, & realem unionem constituit inter humanitatem, & Verbum, eamque substantialem, etiam si puram relationem importare dicat, ut constat ex dictis.

Nec obstat, quod humanitas, & verbum sint duo entia completa; quia natura est completa utriusque in esse essentia, & existentia, non tamen substantiæ, quæ quidem doctrina intelligenda est sententiam declarato n. 20. non autem in sensu, quem intendunt constituentes substantiam in aliquo modo positivo, qui ut per se dicitur advenit nature, ut per se potentia, iam quæ explicari nequit qualis esset sola compositio, ut fuisse ostendit disp. 11. Met. q. 4. n. 8. tum quia tunc erit propositum argumentum, quod Verbum assumpserit naturam defectuosam, ac veluti mutilam, quia carentem aliqua positiva perfectione ad integrum naturam spectante, quod absurdum non sequitur in nostra sententia de negativo. Accedit; quod cum dicitur ex duobus entibus in actu non fieri per se unum, hoc verum est in unitate nature, & essentia; potest tamen fieri unum in unitate subsistentiæ ex dictis disp. 11. Metaph. q. 4. n. 123. Nec tandem obstat, quod Verbum non se habeant, ut actus, & forma informans quia ut notat Doctor 1. disp. 8. q. 4. & disp. 1. q. 1. art. 1. forma in creaturis duplicem habet habitudinem, unam quod sit forma informans, quæ dicit imperfectionem, alteram, quod ipsa sit, quæ aliquid est tale, & hæc non dicit imperfectionem; sed in hoc secundo sensu Verbum dici potest actus nature humane, quatenus per hæc unionem persona Verbi contingit humanitati, illamque desinit, & terminat dependentiam eiusque cum illa unum personam verè, & inseparabiliter constituit; ita ut per hæc unionem ille, qui est verus homo, est verus Deus, & filius Dei non per participationem, sed esse naturalis, ut infra declarabitur.

QUESTIO SECUNDA.

De natura unionis hypostaticæ.

Itaque ex proximè dictis de hæc unionem hypostaticam, sicut & ex iam pridem dictis de unione substantiali incommuni disp. 5. Phys. q. 9. inferunt non esse modum substantialem pure absolutum, quia impossibile est ipsam intelligi à quocumque intellectu non intelligendo suppositum, ad quod est: Nec esse modum partim absolutum, partim respectivum, quatenus includit relationem transcendentalem ad alium suppositum, quia ut arguebat in Phys. loc. cit. implicat eandem entitatem esse simul absolutam, & respectivam, ad se, & ad aliud, quia universaliter loquendo, respectus etiam transcendentis nequit esse de essentia absoluti, ut dictum est disp. 8. Log. q. 2. Tum quia id non asseritur à Thomistis nisi ad solvendum substantialitatem unionis, aut ad terminandam actionem agentis; ut neutrum obstat, non primum, quia ut dixi, unio non dicitur substantialis, vel accidentalis, quia in se sit substantia, vel accidens, sed quia accidentaliter, vel substantialiter unit extrema, ut ex Advertiser ingenue fatetur Vafquez disp. 18. num. 29. & Card. de Lugo disp. 11. sec. 4. dicentes ad hoc, ut unio substantialis dicitur, sufficere ut extrema tali unioni substantialiter uniantur, licet in se sit accidens, que est ipsissima doctrina nostra, multas exemplis loc. cit. à nobis confirmata in Physicis. Nec etiam obstat secundum, quia quod relatio propria non habeat novitatem, nec potest noviter advenire aliquid extremo, nisi propter aliquid de novo adveniens quod sit proximum eius fundamentum, licet universaliter verificetur de relatione intrinseca adveniente, non tamen de relatione extrinsecus accidentis, qualis est unio, ut ex infinito declaratum est disp. 15. Phys. q. 6. art. 4. ex Scoto 3. disp. 1. q. 1. art. 1. & quod 1. per totum.

36 Restat ergo, ut hæc unio sit relatio extrinsecus adveniens ad prædicamentum habitus reducibilis, ut dictum est in Phys. loc. cit. & disp. 8. Log. quæst. ult. licet enim nunquam humanitas fuerit non unita Verbo, poterat tamen existere non unita, & consequenter hæc unio non necessarii insurgit, postis extremis, in rerum natura, & supposito extrinsecus, ut patet; imo potius postea natura, & substantia in se suppositarum naturaliter, & ad naturam singularem sequitur negotio unioni opposita quia

quia dicitur subsistere in proprio supposito; unde est respectus extrinsecus adveniens, causatus in ipsa natura singulari ex actione libera divini agentis, causantis in ipsa talem respectum, & per consequens actus ipsam ad extrinsecum suppositum assumptis, præveniendi, vel impediendi præfatam negotiationem communicationis, quæ ex natura rei sequeretur in natura singulari; quare negatio hæc unio opposita non inest nature, necessarii, sed contingenti, sicut non esse album inest superficiei, quando non est alba; neque inest nature negatio talis respectus, quem unio importat, quia ipsa natura sit incompossibilis; & formaliter repugnans tali respectui, sicut negatio albi inest nigro; sed inest talis negatio ex remotione, vel non actione agentis supernaturalis supra naturam ipsam, quando autem causat in eam talem respectum unionis, non dicitur in proprio supposito subsistere, vel in se suppositari, sed ad alium assumptum, & hic respectus unionis causatur à divina voluntate, & tota Trinitate supernaturaliter, ut verè dicitur Basilii, 3. disp. 1. q. 1.

49 Ex quo etiam ulterius sequitur hæc unionem esse modum quod substantiam supernaturalem, quia ens quod substantiam supernaturalem dicitur, quod secundum suam naturam specificam omni substantiæ creatæ, & creabili, & accidentibus ipsi debitis indebitum est, talis autem est unio hypostatica: Quando autem naturalis appellatur à Concilio Ephesi, & 6. Synodo actione 11. in Epistola Sophronii, & à quibusdā Patribus, non vocatur naturalis, ut opponitur supernaturali, sed ut opponitur apparenti, qualis ponebatur Manichæi, & ita quod sensus sit, quod unio in Christo sit verè, & realis, non ficta, & apparet; quo sensu etiam Theologi vocant interdum hæc unionem physicam ad differentiam unionis moralis, sive per affectum, aut alio simili modo, ut ponebatur à Nestorio: Quæ verò in oppositum obicit solent, iam pridem soluta sunt in Phys. loc. cit. dum loquimur de unione substantiali in communi, sunt enim difficultates communes hic, & ibi; & si quæ sunt specialis sextæ diluuntur à P. Belloro disp. 3. cit. q. 5. Constat etiam ex ibi dictis falsitas opinionis, quam novissimè sequitur Morandus in tract. de Incarnatione, 1. a. referens unionem hypostaticam non importare modum illum superadditum Verbo divino, & nature assumptæ, esse fundamentum philosophicum, & universali, quod unio inter materiam, & formam, & inter quæcumque unita non sit quod superadditum extremis unitis, falsitas inquam, huius opinionis, ac sui ipsius fundamentum constat ex ibi dictis, ubi universaliter probatur esse unionem adde aliquid extremo superadditum disp. 3. cit. q. 9. art. 2. n. 10. id specialiter probatur argumento ex hoc ipso mysterio Incarnationis deducto.

ARTICULUS PRIMUS.

Ubi quedam de hæc Unionis difficultates expenduntur.

42 Aliæ quoque superflue difficultates de natura unionis hypostaticæ examinæ, & que potius in modo loquendi cõsistunt, quam in re ipsa, ut hæc unio sit maxima compositio in ratione unionis, & quidem tertio est de unionibus, seu compositionibus ex rebus realiter distinctis, nam si unio dicitur maior ob privationem distinctionis unitorum, certum est maiorem esse unionem plurium formalitatum realiter inter se identificatarum, ut v. g. rationalitatis, & animalitatis in homine, & iuxta hæc sensum solent respondere Thomistæ cum S. Thom. ex parte terminorum, qui uniantur, non esse maximam, quia illa extrema non sunt in se maxime unum, nec per unionem sunt maxime unum, hoc est, maxime simplex; ex parte verò ejus, in quo uniantur, scilicet, personalitatis Verbi, ajunt hæc unionem esse omnium maximam, quia tertium illud est maxime unum, & simplex. Sed hæc resolutio satisfacere non videtur, quia non solum attendi debet, quanta sit unitas illius medii, quo fit unio, sed præsertim quanta sit consuetudo extremorum cum ipso medio; & cum unio natura sua tendat ad unitatem, cõ maior, seu minor censeri debet, quo compositum, quod ex ea resultat magis, aut minus est unum.

41 Itaque ex hoc quoque capite alii adhuc affirmant hæc unionem esse omnium maiorem; Suarez, Averis, Beccanus, & ex nostris Faber, Vulpes, & alii contra negant alii, & dicunt ex hoc capite unionem hypostaticam esse minorem aliqua unione creata, ita Bellorus disp. 2. q. 6. Sed quia res est parvi momenti, brevier dicti poterit, etiam in hoc sensu dici posse, hæc unionem esse omnium maiorem in ratione unionis, quatenus unitas suppositi, que in Christo ex natura humana, & divina confugit, tanta est, ut verissimè liceat affirmare, Deus est hic homo, & hic homo est Deus, sive idem ipse Christus est Deus, & homo, que tanta prædicationis identitatis in nulla alia suppositione, & unione reperitur; ergo ex hac parte, ut notat Averis, unio hypostatica tantam præbens unitatem, & identitatem extremis unitis, præferenda est in ratione unionis omnibus aliis unionibus; Et quæ de hoc capite Bellorus quoque loc. cit. concedit, hæc unitatem dici posse omnium maximam, quia per hæc unionem fit perfecta idiomatum communicatio,

Mald. Tomus Tertius.

quod ab aliis unionibus non præstat; licet namque quando duo accidentia in eodem subiecto sunt unita, fiat aliquo pacto hæc idiomatum communicatio, non tamen est ita perfecta, quia album, & dulce v. g. in lacte invicem prædicantur adiectivæ Deus, & homo media hac unione prædicantur substantivæ.

Secunda difficultas est, an hæc unio sit omnium maxima in ratione doni, & beneficii, hoc est in ratione dignitatis, & excellentiæ inter alia dona supernaturalia; Non desunt qui unionem beatificam hypostaticam præferant in ratione doni, & beneficii; oppositum tamen communiter Theologi docent, unionem, scilicet, hypostaticam excedere omnem aliam unionem, etiam beatificam, & gratiam ipsam habitalem in ratione doni, & beneficii; & Ratio est, quia per hæc unionem donatur persona Filii Dei, ita ut homo fiat Deus substantialiter, sed nihil potest esse maius, quam fieri Deus; Et confirmatur discurrendo per singula dona, quæ per Eucharistiam datur Christus secundum præsentiam realem, non secundum unionem personalem; Istitis datur Deus tantum per gratiam sanctificantem, Batis datur Deus tantum secundum rationem obiecti clarè visæ omnibus his modis excellentior est, quod derit secundum unionem personalem.

Scotus 4. disp. 49. quæst. 2. E absolute præfert unionem hypostaticam beatificam in 3. disp. 2. quæst. 1. ad 1. inquit, quod hypostatica est maior quoad actum primum, quia per hæc communicatio esse personæ assumptis nature assumptæ, & modo de facto ista includit illam, quoad actum secundum, ut beatificam esse maiorem, quia beatitudo est magis in operatione, ex quo adhuc sequitur simpliciter, & absolute loquendo, hypostaticam unionem esse beatificam maiorem, quod etiam Bellorus affirmat loc. cit. hypostatica spectat ad complementum substantiæ, & ad esse primum; beatifica verò ad complementum potentiarum in ordine ad operationes, & ad esse secundarium hypostatica, cõiungit humanitatem Deo substantialiter, beatifica unit potentias Deo obiectivè, & accidentaliter; Et tandem hypostatica est radix omnis meriti, & sub ipsa cadit gratia, beatitudo, & omnia dona supernaturalia, unde est absolute loquendo non habeat indispensabiliter necessariam connexionem cum illis, regulariter tamen, & conaturaliter eam habet, ut notat Doctor 3. disp. 2. q. 7. G. non autem e contra quod est signum maioris perfectionis, dignitatis, & excellentiæ super cetera dona supernaturalia.

Dices, beata visio communicari nequit creature irrationali, bene tamen Deus in unitate persone ergo maior est unio secundum esse obiectivum in visione beata; Ad hoc argumentum, quod est oppositè sententia fundamentum, varie sunt solutiones; brevier tamen neganda est consequentia concessio assumpti, alioquin sequeretur etiam, quamlibet intellectuale cognitionem esse unionem hypostaticam perfectionem, quia nullus talis cognitio brutis, & creaturis irrationalibus communicari potest; Et idè inquit Doctor loc. cit. 3. disp. 1. quæst. 1. ad 1. quod proprie loquendo neutra unio est maioralis, nec fieri potest comparatio inter illas, neque ex ea licet arguatur aliam, quia sunt uniones aliter, & alterius rationis, atque idè non proprie inter se comparabiles; sicut doctrinæ subtribunt Pasqualius, Morandus, & alii; alias quædam obiectiones vide solutas apud Bellurum, & alios.

Tertia difficultas est, an hæc unio sit compositio proprie dicta, & ex ea constitutur aliquid compositum proprie dictum; & est sensus, an ex humanitate, & Verbo divino resultat, quod compositum, ita ut simpliciter, & absolute, & sine ullo addito persona Christi dici possit composita; Agitur hæc questio acriter inter Antiquiores, & Recentiores Scholasticos; siquidem negarunt personam Christi dici posse verè, & proprie compositam, quorum unicum fundamentum fuit, quia omnis compositio ex communi Philosophorum usu est unio ex actu, & potentia, ex perfectibili, & perfectuo, loquendo de compositione essentiali, & ex his; nec aliud genus compositionis est agnitionem in conceptione, ut vocabulorum sequi debemus communem sensum Doctorum, & non illam ad libitum fingere; ac natura humana, & Verbum, vel natura divina nequeunt hoc modo unita, quia est imperfectio in Verbo, aut natura divina, quod esset pars alicuius totius compositi simul cum humanitate, vel quod esset actus, aut potentia respectu illius; ergo Christus nequit dici compositus compositione verè, & proprie dicta, ut à Philosophis accipio solet, ita Scot. 3. disp. 6. quæst. 3.

Recentiores contra contendunt, Christum dici debere verè, & proprie compositum, quia sic loquuntur Patres, & Concilia; compositio enim de sua ratione formali solum dicit unionem per se plurimum rerum, ex quibus unum resultat, præcedendo ab hoc, quod unita se habeant per modum actus, & potentie, ut perfectivum, & perfectibile, quod habeat actionem partem, & sine imperfectio compositum; cum igitur in hæc compositionis conceptione nulla involvat imperfectio, poterit Verbo, & humanitati assumptæ convenire, poterit; Christus, verè, & proprie dici compositus; Et quamvis hoc compositionis genus Philosophos lateat, eo quia in rebus creatis compositio temper est

A cum

cum illis imperfectioibus involuta: hoc minime obstat, quia neque hanc unionem hypostaticam agnoverunt, nec ob id negari debet, aut a ratione veræ, & propriæ unionis excludi. Non ergo hæc compositio absolute in Theologia negari debet, quæ sit unio plurium distinctorum realiter, omni seclusa imperfectioe, quia non semel à Conciliis, & Patribus usurpar de Christo loquentibus, ut probant Recentiores pluribus testimoniis.

47 Hæc etiam non est controverfia, nisi de nomine, nam quoad rem conveniunt Theologi omnes, personam Christi significare substantiam Verbi in duabus naturis divina, & humana substantia realiter unitis, seu hypostaticè, & solum diffidium est in modo loquendi, & de nomine compositionis: Quod præsertim inde colligitur, quod in eo sensu, quo Antiquiores compositum capiunt proprie dictum, scilicet, pro includente plura realiter distincta, quorum unum fit potentia, & alter actus. Recentiores non asserunt Christum esse compositum; siquidem Verbum, quod est unum ex extremis in Christo inclusis, non est actus humanitatis, nec humanitas est actus ipsius, quia neutrum est intrinsecus alterius perfectio. Et aliquid dicitur Verbum respectu humanitatis habere rationem actus extrinseci, ac terminantis. Et e contra, in sensu, quo Recentiores capiunt compositum, scilicet, pro quocumque includente plura realiter distincta, & unita, minime negant Veteres Christum esse compositum, & ad hanc unionem sequi compositum, vel esse compositionem, prout hæc nil aliud significat, quam unionem realiter distinctorum, siquidem hæc unio est Verbi, & humanitatis unio, que sunt realiter distincta, sed tantum in primo sensu agitur: Christum esse compositum; ex quo discitur evidentè constare neminem quoad rem convenire, & sola licet remanere de modo loquendi, an simpliciter, & absolute, & sine ullo addito personæ Christi dici possit composita, ex eo quod est composita in secundo sensu, quatenus includit plura realiter distincta.

48 Quia in re mihi cum Scotis, & Veteribus dicendum videtur, Christum esse, ac dici posse compositum, non veram compositionem, & absolute dicta, sed cum addito, scilicet, compositione quadam admirabili, & ineffabili, prout unam personam significat in duabus naturis subsistentem, non enim aliter, nec in alio sensu Patres, & Concilia personam Christi dixerunt esse compositam: Ratio est, quia communio compositionis accepto apud Doctores est, pro unione ex actu, & potentia, & hoc nomen compositionis à primis instituentibus inpositum fuit ad per se primo significandum unionem plurium realiter distinctorum, quorum unum est in potentia, & perfectibile, & alterum est actus, seu perfectivum, cum igitur nomina semper pro principali significato, non debet dici Christus verè, & proprie compositus, immò nec pronuciari debet simpliciter, & absolute talis, sed cum addito, modo iam explicato. Nec rectè negant aliqui id esse de ratione compositi, & compositionis, quod unum extremum rationem habeat actus, & aliud potentiam, quia datur compositio continui in naturalibus, in quo nulla pars est potentia, vel actus respectu alterius. Frivola, inquam, est huiusmodi evasio, quia hic sermo est de compositione essentiali, & ex his, non verò de integrali, & cum his, qualis est compositio contrivæ.

49 Neque hinc determinationi obstat modus loquendi Patrum, & Conciliorum absolute asserentium, & sine addito personam Christi esse compositam, quorum expressa testimonia prolixissime adducunt Recentiores, & absque ulla necessitate, quia ut scitè P. Bellatus adnotat *disput. 7. c. 17. ex Scotis. 3. disp. 33. ad 1. Patres, & Concilia* in confundendis hæreticis frequenter sunt excessivè locuti, quia ex *2. hinc capitulum* via devotiendi ad medium est declinare ad aliud extremum; hinc ait Doctor valde ponderandum esse, contra quos Hæreticos disputant, sic enim D. Augusti contra Arium disputans videtur ad Sabellium declinare, & e contra; sic igitur in proposito, cum Nestorius negaret in Christo veram, & substantialem unionem naturæ humanæ cum Verbo, & diceret esse solum secundum affectum, & gratiam, ad hæc errorem confutandum voluerunt ad alterum extremum declinare, appellantes Christum absolute, & sine addito compositum, & ex hæcantes huius unionis consubstantialitatem nomine compositionis: non autem quia intelligenter de rigore sermonis dici possit veram compositionem, & Christum esse verè compositum, non enim quecumque unio extremorum realiter distinctorum est compositio proprie loquendo, ut Recentiores citati dicebant, quia aliis datur compositio in Deo, nam tres personæ divinæ uniantur in essentia divina, quia in illa identificantur, & identificatio est quedam unio. Conf. quia Patres, & Concilia e contra adversus Eutichem loquentes, asserunt ex natura divina, & humana in Christo unam tertiam rem esse, totis viribus compositionem à Christo avertere nituntur, & valde sobriè utuntur exemplo compositionis animæ rationalis, & corporis, ex quibus una resultat natura, ut videtur est apud S. Maximum ad quibus Eutich. & Damasc. adversus Acephalos non ergo ex modo loquendi PP. & Conciliorum solide deducunt Recentiores Christum dici verè, & proprie compositum.

Dices, omnes asserentes à Conciliis definitas intelligi debere proprie, & secundum veritatem ex Concilio Later. sub Martin. I. consult. 5. can. 17. Si quis secundum Sanctos Patres non confiteretur proprie, & secundum veritatem omnia, que tradita sunt à S. Ecclesia, perindeque à SS. Patribus, & venerandis universalibus quinque Conciliis usque ad unum apicem verbo, & mente, condemnandus sit; Cum ergo à Patribus, & Conciliis definitum sit, Christum esse compositum, intelligi debet proprie, & secundum veritatem, non autem largè, & improprè.

Ad hoc optime occurrit Faber in 3. disp. 16. verba illa Concilii non referri debere ad modum compositionis, ita quod sit sensus, cum dicitur. Christum esse compositum ex natura humana, & persona divina, debet intelligi esse proprie compositum ex illis, tanquam ex actu, & potentia, ut requiritur ad compositum proprie dictum; sed refertur ad veritatem unionis, ita quod sensus est, quod in Christo proprie, & verè, & non metaphoricè tantum, ut volebat Nestorius, natura humana, & persona divina unitæ sunt sic, quod funt proprie unum per se, Sive postea sint per se unum per veram, & propriam compositionem, sive per compositionem supernaturalem, ac ineffabilem, hoc non decrevit Concilium, cum id necesse non esset ad evitendum Nestoris errorem; Et quidem D. Dionysius de divinis nominibus c. 1. de hac unione loquens conceptus verbis inquit Christum ex humanitate esse ineffabiliter compositum, dicens Verbum assumptisse humanitatem nostram, ex qua ineffabiliter compositus est simplex Iesus, non dicit verè, & proprie, sed ineffabiliter; Neque Adverfari extor, quas aggerant auctoritates, & Conciliorum, aliquam adducunt, que dicit Christum esse verè, & proprie compositum, sed solum esse compositum, quod prædicto modo intelligendum est: & gratis concedimus propositionem ex dicere compositionem, sed negamus dicere compositionem proprie.

Dices rursus, terminus huius actionis unitivæ qui resultat, non est omnino simplex, sicut persona Verbi secundum se sumpta, quia terminus iste incipit esse in tempore, & ex plurium unione resultat; ergo crit compositum, quia inter simplex, & compositum non datur medium.

Respondeo gratis concedendo esse compositum, sed negare esse verè, & proprie compositum, quia ratione appellatur à Dionysio citato *simplex Iesus* prout simpliciter verum, & propriam excludit compositionem; concedo pariter Christum esse aliquid unum à Verbo, & humanitate distinctum, quod sit terminus huius unitivæ actionis, & hoc totum dicit unum superpositum divinum in duabus naturis subsistentibus humana, & divina: Cum autem dicimus hoc totum, scilicet, Christum esse à Verbo divino distinctum, hoc non est intelligendum ad æquale, modo quo dicimus nos Scotis, totum substantiale distingui à suis partibus simul, & collectivè sumptis, sed inadæquate, ut includens, & inclusum, quia est idem Verbum, sed cum addito, scilicet, cum humanitate, hypostaticè unita; Ratio est, quia, ut dictum est in Phisicis, partes essentialis, nempe materia, & forma sunt verè cause physice compositi substantialis, & concurrunt, ut unitæ, & collectivè sumptæ, ideo que ex eis compositum resultat realiter adæquate distinctum, ac Verbum, & humanitas non sunt verè cause physice aliquid tertium constituentes, sed dicuntur plura substantia realiter unita aliquid tertium constituenta solum inadæquate distinctum ab illis, ut unitis, non collectivè sumptis, sed distributivè hoc sufficit, ut Christus dici possit terminus totalis actionis unitivæ, nam cum sit unum ex eis resultantibus, sufficit ad rationem termini totalis, nec requiritur verè, & rigorosa causalitas, que omnia rectè notavit P. Bellatus *loc. cit. ubi etiam rationabiliter Vulpium confutat, qui hic disp. 6. art. 1. negat Christum esse personam compositam, & negat esse quid distinctum à Verbo, & humanitate resultantibus, quia tunc esset quid casualium, haberet rationem totius, & Verbum, & humanitas rationem partium, à quibus Christus dependet, que omnia sunt absurda. Rationaliter, inquam, eum reuicet, quia hæc omnia verificantur solum, quando extrema per veram unitivæ compositionem, nam sic resultat totum à partibus unitivæ, ac adæquate distinctum, perfectius illis, casualium, ac dependens ab illis, quod non contingit in proposito, quia Verbum, & humanitas simpliciter copulantur unione absolute illa propria compositione, & causalitate; & quod ex eis resultat, non nisi inadæquate dici potest ab extremis distinctum modo iam explicato, quod scilicet largè solum dicitur totum, ita in eodem sensu Verbum, & humanitas dici possunt partes.*

Quæres tandem, ad quod genus unitivæ hæc reducat, ut nam cum unitas alia fit aggregatio, alia ordinis, alia informationis accidentalis, alia continuationis, alia compositionis, ex per se actu, & posse potentia, alia generis, alia speciei, & alia definitionis, non videtur Christum aliquam harum unitativam dici posse unum; nam in penis non sunt illæ naturæ in Christo aggregatæ tantum, & ordinatæ, ut dicebat Nestorius, nec una est accidentis respectu alterius, ita ut verè illi inhercat: ut patet, nec

nec etiam sunt unitæ continuationis, vel compositionis ex per se actu, & potentia, ut dictum est; Neque Christus unum genere aut specie dici potest, quia natura divina, & humana plura genera differunt, nec consequenter dici potest unum numero, quatenus hæc unitas inferat speciem, & genericam: Nec tandem dici potest unum definitione, ita ut unam cum habeat essentiam ex divina, & humana natura constitutam, quia ille dicitur nature in Christo manere impermixtæ.

Relp. gratis concedendo nullo horum modorum proprie loquendo Christum dici posse unum, ut colligitur ex Scotis *3. disp. 6. q. 1. ad 1. sed sicut ista unio, quæ dicitur nature substantiales completere in uno univertur supposito, admirabilis est, ac ineffabilis, ut inquit Concilia, & Patres, ita Christus erit unum per se, quia sunt illæ nature invicem substantia realiter unitæ, sed unitate quadam ineffabili, & admirabili: quæ tamen ut notat Bellatus *loc. cit. ex Scotis 3. disp. 6. q. 1. ad 3. ad unitatem numericam reduci poterit, non quidem eo modo, quo de unitate numerica loquitur Philosophus, scilicet, quod inferat unitatem speciem, & genericam, sed eo quia Christus nullo modo potest dici duo, ut Doctor offendit loco proxime cit. 3. disp. 6. q. 1. sed unus propter unitatem suppositi, quia etiam de causa *disp. 7. q. 1. c. 11. q. 3. c. 21. ad 21.* docet Christum esse unum ens, non plura entia ab unitatem numericam suppositi, & hinc modo dicitur Scoti ipse quocumque Cajetanus alius, sit plurimum, & ad versus subscript *3. p. q. 2. art. 1. com. dub. 3. ubi* concepit verbi aliter compositionem simpliciter non esse in persona Christi ponendam, quia necessaria includit imperfectionem, sed esse ponendam cum addito, quomodo SS. Patres, & veteres Scholastici posuerunt, quod planè maximum esse debet huius veritatis inditium; unde concludit ad removendas omnes imperfectiones, compositionem hanc vocari debere admirabilem, ac ineffabilem.**

ARTICULUS SECUNDUS.

Alia difficultate expeditur.

45 Quarta difficultas est, an hæc unio facta fuerit mediante aliqua divisa dispositione; Et quævis nonnulli Antiquiores, ut Alensis, D. Bonav. & alii docuerint assumptionem humanitatis à Verbo factam fuisse mediante qualitate quadam supernaturali, quam indicant esse gratiam habitualem, quæ humanitas Christi fuerit disposita, & preparata ad unionem hypostaticam cum persona divina. Nihilominus communis opinio est, quam tradidit Scotus *3. d. 1. q. 2. art. 2.* humanitatem Christi assumptam fuisse à Verbo nulla mediante dispositione, inquam, ad ipsam hypostaticam unionem ordinari: Quod propterea additur, quia aliqui negant non sunt dispositiones corporis ad receptionem mentis, quæ in aliis hominibus requiruntur; Ratio est, quia unio hypostatica totius humanitatis præcedere debuit infusionem gratiæ, aliter humanitas fuisset communicata proprio supposito, antequam infunderetur; etenim, ut inquit Doctor, natura in illo eodem instanti fuit assumpta, in quo communicari debet proprio supposito, prius autem naturaliter habet in se humanitas rationem suppositi, quam gratiam, vel habitum aliquem quæ ex natura se petit natura prius naturaliter perfici complemento substantiali, qualis est personalitas, quam accidentibus ullis, que tantum ad operari ordinantur.

46 Deinde, quia si talis dispositio congrua, vel necessaria fuisset, hoc præferretur, sicut, quæ dignitas unionis, & Verbi id exigere videbatur, sicut decet Regem uxorem se valde inferiorem ducturam ornare, & nobilitare, quantum potest, acque ita congruum videtur Verbum humanitatem assumptionem prius illam deificasse per gratiam; Sed hæc ratio, quæ est præcipuum oppositè sententiæ fundamentum, non urget, siquidem potius cedere videtur in honorem utriusque, scilicet, Verbi, & unionis, quod alia omnia dicit nature conferantur ratione ipsorum, quam quod ipsam conferantur nature ratione gratiæ, aut alterius doni, vel dispositionis supernaturalis. Pro quo adducit Doctor illud *1. videmus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre plenam gratiæ, & unitatis*, ubi assignari videtur unio hypostatica, tanquam ratio congruentiæ, cur Christus haberet gratiæ plenitudinem; ergo gratia non præcessit unionem hypostaticam, sed e contra, quia ratio etiam unio hypostatica à Patribus dicitur substantialis sanctitas, ut innoventer debet gratiæ præcedere, que est sanctitas accidentalis, sicut substantia præcedit accidens; Unde exemplum Regis ad rem non est, quia illa unio est accidentaliter, & præpositum esse subiecti subsistentiæ unio, de qua est sermo, est ad primum esse substantiale, & hypostaticum, atque ideo præcedit omnem unionem accidentalem per gratiam.

47 Addendum tamen est, absolute non repugnat gratiam præcedere unionem hypostaticam, nam poterat Deus animam cum gratia creare, & alius donis supernaturalibus, illamque postea corpori infundere, & tandem humanitatem inde resultantem al-

sumere, ut in universali resurrectione eveniet, nam anima beate unientur corporibus supernaturalibus habitibus ornate; per quod cessant instanti quorundam Recentiorum contra rationes Scoti, que de facto concludunt, non autem simpliciter, & absolute unum de mens ejus fuit, quod licet absolute loquendo gratia poterit modo explicato unionem præcedere hypostaticam, de facto tamè non præcessit, cum quia plures indicant scripturam, & Patrum auctoritates unionem hypostaticam fuisse rationem congruentiæ plenitudinis gratiæ in Christo; tum quia regulariter anima prius humanitatem constituit, quam gratia infunderetur, aliique habitibus supernaturalibus, ut compleatur totus ordo substantialis; tum quia si gratia de facto præcessisset in anima, potuisset quocumque in illo priori nature instanti aliquem actum meritorium elicere, cum jam præsupponeretur ante humanitatem constitutam informata gratiæ plenitudine.

48 Quarta difficultas est, an huius unionis possibilitas sit naturaliter cognoscibilis, seu ratione naturali demonstrabilis. Quam ferè resolutam habes *lib. 2. disp. 2. q. 10. art. 2. num. 336.* ubi cum communi Theologorum negative respondimus, mysterium nempe Incarnationis non posse ab intellectu creato directe attingi quoad formale suum significatum realis unionis nature humanæ cum Verbo, cum ex parte termini excedat latitudinem adequati obiecti naturaliter motivi intellectus creati, quia ratione inquit Doctor *quod. 14. art. 3.* nullam relationem ad ens illimitatum terminatum sub propria, & specialiter ratione posse naturaliter, & distinctè ab intellectu creato cognosci; quia igitur unio hypostatica sit relatio nature humanæ ad Verbum divinum terminata sub ratione subsistentis incommunicabiliter, concludendum est, ex hoc capite non posse ejus possibilitatem naturali ratione demonstrari, atque cognosci, quia nullus intellectus creatus potest naturaliter cognoscere divinum Verbum cum sua propria subsistentia.

Dices potest intellectus creatus saltem angelicus naturali lumine evidentè cognoscere, Deum posse facere quicquid non implicat contradictionem; sed naturali lumine cognoscitur hoc mysterium non implicare contradictionem, unde Theologi de facto solvant argumenta omnia à Philosophis facta contra possibilitatem Incarnationis; ergo naturaliter cognosci potest huius unionis possibilitas, neque enim cognosci non impossibilitas, quin cognoscatur etiam possibilitas.

Respondeo esse veram solum in universali, & in communi, quatenus generatim cognoscere potest Deum esse omnipotentem, & posse facere quicquid contradictionem non repugnat, & ad hoc creaturam habere potentiam obediencialem; sed nequit distinctè, & in particulari cognoscere, an hoc, vel illud mysterium repugnantiam involvat, quia penetrare nequit, nec comprehendere omnipotentiam Dei, nec totam capacitatem obediencialem creature; quare negatè generatim, & in communi cognoscere posse Deum facere, quicquid repugnantiam non involvit, & adhuc dubitare, an humanitas privata propria subsistentia possit alieng uniri, & præsertim divine, ut per eam subsistat. Cum verò additur in minori, naturali lumine cognosci hoc mysterium non repugnare per solutionem argumentorum in contrarium, ut constat ex precedentibus articulis; respondeo cum communi Theologorum dupliciter solum posse aliquid argumentum contra mysterium fidei, nimirum vel evidentiâ positiva, vel solum negatiâ; primo modo solvitur argumentum, quando vel non rectè concludit, vel constat propositionibus, quas evidentè ostendere possumus esse falsas, & eorum contradictorias veras; secundo modo solvitur, quando est propositiones in argumento assumptæ sint falsæ, non tamen possumus evidentè falsitatem earum ostendere, nec veritatem contradictoriarum evidentè demonstrare; quævis ergo ratio naturalis solvere possit omnia argumenta, que sunt à Philosophis contra hoc mysterium, evidentè negativè, non tamen positivè; & ideo neque possibilitatem mysterii positivè potest demonstrare; Tum quia, quando etiam evidentè positivè solvere argumenta à Philosophis facta contra hoc mysterium, ad hoc tamen ambigit, an sint alia argumenta, quibus probetur impossibilitas, vel an ex alio capite hæc oriri possit.

Dices, capacitas beatitudinis in natura intellectuali, que est relatio Deum respiciens sub ratione deitatis, est ab intellectu separato naturaliter cognoscibilis; ergo ipsa unio, licet sit ad Verbum terminata poterit naturaliter cognosci; ad huc tamen Scoti *4. disp. 46. quæst. 8. B.* ubi contra Philosophos ex insultu probat, posse ab intellectu separato naturaliter cognosci capacitem beatitudinis; & habet hæc verba: Videtur tamen mihi, quod per rationem naturalem potest probari, sublata imperfectioe status illius quoad cognitionem, quod potest cognosci, quod natura humana sit capax beatitudinis verè; ita Doctor.

Respondeo hoc argumentum ex Scoti testimonio deducendum magnum Scotitis facessere negotium, cujus tamen solutio facilis

ima est, si attende vera Scoto relata perpendantur: non enim absolute dixit ibi posse intellectum separatum talem cognoscere capacitate in natura creata, alioquin palam sibi contradiceret, cum oppositum expresse docuerit *9. prol. & quot. 14.* Sed inquit per se rationem naturalem posse cognosci cum hac conditione *substantia imperfecte sicut illius quod cognitionem que limitatio valde ponderanda est, ut scilicet P. Bellutus adverteit *disp. 1. q. 3.* nam pro statu isto, inquit ille, non solum est imperfectus intellectus, quia alligatus est sensibus, sed etiam quia in sua potestate obiectum sibi presens non habet; non quidem in se, quia ruc talis cognitio intuitiva esset, ac consequenter beata; sed nec etiam in specie impressa, quam speciem esse possibilem Doctor ipse adstruit *2. disp. 3. qu. 9.* quia cognitio in sua linea nempe cognitionis abstractivae est perfecta, atque distincta *ex quot. 14. N. sed cognitio, quam de Deo naturaliter habemus, est imperfecta, quia per eam Deus attingitur vel sub ratione communi, & confusa, vel sub ratione propria ex communibus desumpta, non autem ex propriis: Quando ergo in *4. loc. inquit Doctor, posse talem capacitate materialiter ab intellectu separato cognosci, substantia huius imperfectio quoad cognitionem, vult dicere, quod si esset aliquis intellectus creatus speciem impressam habens divinam essentiam, Deum solum esse possibilem, & ex propriis representante, posset utique tali specie informatus hanc beatitudinis capacitate in natura humana distincte cognoscere, quia distincte Deum representaret, & sub ratione propria, qua beatificus est, & consequenter cognoscere, Deum posse loqui intellectuali naturae communicare in ratione obiecti beatifici, & ita cognoscere capacitate naturae, quia Deum respicit sub tali ratione; & in hoc sensu reddi concludant rationes a Scoto ibi adducte, nec ulla est contradictio in dictis Doctoris; etenim cum *9. 1. prol. & quot. 14.* oppositum docet, loquitur absolute, & sine illa limitatione, vel suppositione, quod sublata sit imperfectio huius status quoad cognitionem per infusione speciei impressae divinae essentiae.***

59 In hoc itaque sensu concedendum est, quod supposita infusione talis speciei Deum distincte representantis, posset intellectus creatus talem unionem hypostaticam distincte cognoscere; quod etiam ex Recentioribus gratis concedit Averſa *9. 1. sect. 1.* ubi inquit posse a Deo communicari intellectui angelico, & humano evidentem notitiam huius mysterii, non solum per clarum visionem essentiae divinae, & personarum, quae est visio beatifica; & non solum per evidentiam in aereflante, quae adhuc non recedit a ratione fidei, sed praesentim infundendo speciem hypostaticae unionis representativam; quae quidem species non est connaturalis ulli intellectui creato, cum respiciat effectum adeo sublimem, & supernaturalem, sed posset a Deo, sicut & alia dona supernaturalia infundi, & hoc etiam medio potest a Deo communicari evidens notitia, non tantum huius mysterii incarnationis, sed etiam Trinitatis.

60 Postremo solet etiam hic disputari, an saltem arguitive, & per evidentem illustrationem intellectus creatus mysterium hoc incarnationis in actu positum naturaliter attingere possit. Et quidam ex recentioribus affirmantem sustinent, quidam negantem, quae est communis ratio Thomistica. Sed iam eodem *loc. cit. lib. 3. qu. 36.* diximus huius quaestio decisionem ex aliis pendere questionibus, an, scilicet, substantia in positivo consistat, vel negativae apositi natura omni substantia careat; & an possit alia personalitate creata terminari: Si enim teneatur personalitatem in positivo consistere, & non posse naturam omni substantia careat, nec alia creata terminari posse, tunc propositae difficultati affirmativae respondendum est, quia si videtur Angelus v.g. humanitatem Christi extra suas causas, singularem, & adhuc propria personalitate careant, inde arguitive per illustrationem evidentem concludere possent eam personam in alieno supposito; & quia hoc nequit esse creatum concluderet, esse divinum: Unde non valet, quod aiunt Morandus, & alii, tunc Angelum manifestum suspensum, & ambiguum: nam non videtur ex quo capere ea ambiguitas derivari possit: supposito namque non posse naturam sine aliqua substantia existere, nec substantia creata terminari posse, concludere debet personam tam esse supposito divino, eo ipso quod videt eam propria substantia careant, & si Angelus adhuc dubitative in tali discursu procederet, sane nulla daretur evidentia naturalis per discursum.

Respondet Suarez *disp. 3. sect. 2.* quod licet Angelus non videret in humanitate Christi propriam substantiam, non tamen propterea cognosceret positive in ipsa non esse, seu absentiam, & careantiam eius, sed potius dubitaret, eam sibi a Deo occultari miraculose ob aliquem finem suae providentiae; unde nihil prorsus attingit incarnationis mysterium, ita quoque Averſa, Calpenſis, & alii. Ratio autem, cur Angelus non posset ex hoc cognoscere careantiam propriae substantiae in humanitate Christi est inquit Valquez *1. p. disp. 2. 1. cap. 3.* quia haec ipsa careantia oriebatur ex unionem hypostaticam, quae supernaturalis est; dum vero

effectus aliquis in se naturalis oritur ex forma supernaturali, quam Angelus non intuetur, nec etiam talis effectus ab eo deprehendi potest.

Sed in primis haec ratio assignata a Valquez non satisfacit, ut ipso quoque Averſa concedit, quamvis enim effectus aliquis a causa supernaturali oriatur, tamen si alioquin in se est naturalis, & intra speciem obiecti naturalis contentus poterit adhuc ab Angelo naturaliter cognosci, imo & a sensu humano, si effectus est in se sensibilis; sic Eclipsis Solis, & Lunae, quae in morte Christi supernaturaliter contigit, fuit etiam sensu ab hominibus percepta, etiam fuerit privatio formae naturalis supernaturaliter causata, & ratio est, quia virtus potens cognoscere obiectum, dum est praesens intuitivae, potest etiam eius cognoscere absentiam ex 1. de anima *103. & 138.* Cum ergo substantia naturalis, quando abest, ab intellectu Angelico percipiatur, etiam careantia eius naturaliter percipi poterit quantumvis oriatur ex causa supernaturali, quam non intuetur, & ratio est, quia ad privationem dignoscendam, opus non est expressis concipere causas, a quibus inducitur. Quod si dicas cum aliis etiam careantiam ipsam propriae substantiae in Christi humanitate esse supernaturalem, quia sequitur ex modo supernaturali. Hoc in se solum supernaturalitatem extrinsecam in ordine ad agens, non autem in se, & secundum substantiam; tum quia ex conceptu supernaturalitatis, ut sic non repugnat aliquam rem supernaturalem lumine naturali cognosci, postquam semel existit, ut dixi *loc. cit. lib. 2. qu. 16. num. 133. & 138.* & concedit Arriaga *ipse tom. 2. de Angelis disp. 10. num. 40. & hic disp. 1. de incarnatione sect. 2. num. 10.*

Nec etiam satisfacit, quod dicitur Suarez, quod licet Angelus non videat in Christi humanitate propriam substantiam, non tamen poterit inferre eam subsistere in divina persona per hypostaticam unionem, quia dubitat propriam eius substantiam sibi a Deo occultari ob aliquam divinam providentiam rationem; Non, inquam, satisfaciunt, quia hinc sequitur, Angelum ex non visione rerum nunquam posse evidentem inferre, & positive cognoscere earum non existentiam, sed semper dubitaturum, an forte sint, & sibi a Deo occultentur ob aliquam divinam providentiam finem. Nec valet respondere cum Averſa, & Calpenſis, id solum contingere posse, dum res se habent contra cursum naturalem, ac debentur, ut est in hoc casu; alioquin quando se habent secundum modum, & ordinem naturalem, sine ulla dubitatione ex non visione rei evidentem & positive potest Angelus inferre absentiam, & non existentiam ipsius. Non inquit, inquam, nam etiam Averſa concedit in hac ipsa res, circa humanitatem Christi fatendum esse, quod si Angelus iuxta virtutem suam displicere sinatur, nec a Deo impeditur, positivo quoque, & evidenti conceptu illativo perciperet non adesse propriam substantiam; quod si hinc concluderet, hanc naturam debere subsistere in divino supposito, iuxta eam doctrinam de necessitate alicuius substantiae, & de sufficientia omnis aliter creatae substantiae, oportebit dicere, inquit Averſa, Angelum impediri a Deo, ne positivo conceptu percipiat in humanitate Christi deesse propriam substantiam, nec tamen ad ipso Deo decipi, ut putet ibi adesse, sed de neutra parte habere certam notitiam, & evidentem, & hinc induci ad dubitandum, an ibi adsit, vel non adsit propria substantia, advertens, quicquid sit, sibi a Deo occultari. Ex quo Averſa discursu habemus quod in hac assertionem intendimus, quod, scilicet, ex natura rei, supposita illa doctrina de substantia, debet Angelus cognoscere in humanitate Christi careantiam propriae substantiae, & hinc arguitive, & per evidentem illustrationem inferre, quod in se non subsistit, sed in alieno supposito, & cum hoc nequeat esse creatum, deducere esse divinum, nisi a Deo impeditur; hoc inquam, & non aliud est, quod in hac assertionem contentidimus, quod nimirum posset Angelus ex vi luminis naturalis, & a Deo non impeditus illam inferre illustrationem.

Hac de causa respondet Bernal, Angelum in eo casu cogniturum Christi humanitatem, tanquam in se substantiam, quia species illius representativa lux advenientis relicta representat Angelo substantiam propriam, ut a deo continentiam eadem humanitati, sicut eadem species representat alias naturas, ut propriis substantiis actu, & re ipsa coniunctas; & consequenter inquit, Angelum naturae virtus, potius cognovisse humanitatem Christi cum propria substantia creata, quam cum eiusdem privatione, aut aliqua de illa dubitatione, quod sibi a Deo occultaretur. Sed hoc etiam sine ullo prorsus fundamento dicitur, quia ut constat ex dictis *lib. de divina disp. 6. qu. 4. & 5.* de natura specierum, repugnat obiectum non existens intuitivae per speciem cognosci, quia talis cognitio potest terminari ad rem in se existentem, ut sic, & per hoc ab abstractiva fecerunt. Tum quia nequit unica species plures res representare ab invicem realiter distinctas, atque ideo eadem species naturam non poterit representare cum propria eius substantia.

substantia, si haec ab illa ponitur res ipsa distingui. Tam quia si consideratur hoc convenire posse speciebus in se, adhuc non sufficit, quia cum haec data sit Angelo ad representandam Christi humanitatem, sicut est a parte rei, eo ipso quod illa careat propria substantia, illam quod representat sine ipsa; nam facta mutatione, & variatione aliquid in obiecto, concomitante haec quod fieri debet in se, eius representativa, alioquin vera, & adaequata eius speciem non foret.

Denique diximus *loc. cit. lib. 2. disp. 2. quod si teneatur substantiam in negativo consistere, & posse naturam divinam omni substantia careat, ac etiam alia creata terminari posse; diximus, inquam, hac supposita doctrina, talem illustrationem evidentem de existentia incarnationis inferri non posse, quia careantia negationis non cognoscitur, nisi per positivum oppositum, ut careantia teneatur non cognoscitur, nisi per lucem, iunctio autem hypostatica, quae opponitur substantiae; nequit naturaliter cogosci; Item si Angelus videret humanitatem Christi non esse in proprio supposito personatum, deducere non posset evidentem, quod substantia in divino, quia posset esse unita in alieno supposito creato. Et doctum, si eam non videret, deprehendere nec a proprio, nec ab alieno supposito; nec adhuc evidentem deducere posset, quod a divino penderet, quia ex suppositione praefata doctrinae, posset Deus naturam illam, conservare sine omni prorsus substantia, tam creata, quam increata; & quoniam haec doctrina probabilior est de mente Doctoris, ut constat ex dictis de substantia *disp. 11. sect. 2.* & rursus patet ex dicendis; ideo haec quoque pars posterior problematis probabilior est sententia.*

QUESTIO TERTIA.  
De Subsistentia.

An substantia naturae superaddita quid positivum importet, vel negativum, & quid sit illud.

Hanc celeberrimam controversiam ex professo tractavi *disp. 11. met. 3. & 4.* ubi dixi, substantiam supra naturam singularem addere solum duplicem negationem communicationis, ut quod se dependens ad alienum suppositum, tam actualis, quam apertudinalis; & in illa duplici negatione formaliter consistere; atque ideo effectum eius formalem esse reddere naturam, & actu. Et apertudine in alieno supposito incommunicatam, & sic esse effectum mere negativum; quae est expressa Scoto doctrina *3. disp. 1. art. 3. & 4. & 5. q. 1. A. & quot. 19. art. 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.*

Ad articulum primum.

Opinio de negativo versus stabilitur.

Opinionem de negativo *disp. 11. cit. q. 4. art. 2.* pluribus stabilibus rationibus, quas praefari Auctores variis instantiis, ac solutionibus infirmare conatur, quae modo examinandae sunt; eas autem rationes defendere intendo, non eo modo, quo a Fabro, Vulpio, alique Scotistis confici solent, & a Gavatio praesertim referuntur, ut facilius respondeat, sed eo praeside modo, quo ad me conficiuntur *loc. cit.* & ut cum Gavatio a Theologica incipiam, quae apud me sexta est in ordine, sic arguere n. 89. Si persona, vel personalitas diceret eamdem personam, profecto communicari contradictorie repugnare; nec providem a Verbo assumi potuisset autem esse fallum; ergo non dicit quod positivum minoratur, nam quod est eandem entitatem positiva creaturae est in potentia obiectuali; De iergo quae assumptibilis, ut arguit Doctor *3. disp. 1. art. 3. & contra primum vium.*

Respondet Gavatio *opusc. 3. cit. c. 2. sect. 3.* negando minorem, &

& gratis concedendo personalitatem, esse alteri incommuniabilem; & a Verbo inassumptibilem, ac denique incurrabilem; non aliam rationem huius adducens, nisi quia personalitas est & explicat auctoritatem Damasceni *lib. 3. cap. 1. 5.* quam Scotus fecit solent in contrarium adducere ad probationem minoris ex Scoto adductam, & negant consequentiam; ex eo enim, quod qualibet entitas creata, vel creabilis est in potentia obiectuali ad Deum, solum sequitur, quod possit ab ipso annihilari, vel produci, non autem quod possit hypostaticè uniri, nisi sit entitas secundum se assumptibilis, nimirum natura, vel ad naturam, quia haec natura est, spectans non vero personalitas, cui ex eo quod personalitas est, intrinsecè repugnat communicari; personalitas enim ex Scoto *quot. 9.* est ultima actualitas contentiens ipsum oppositum in esse omnino incommunicabilem, & inordinabile ad ulteriorem per se actum.

Hec solutio est illa communis Scotistarum oppositae opinionis de contentum, illud solum esse assumptibile, quod per tunc ad veritatem humanam naturae, sed ad formalem hominis constitutionem ad quam non spectat personalitas, quam solutionem *loc. cit. reiciit, quia semper urget ratio Scoto, quod omnis positiva entitas creata, vel creabilis est eque in potentia obiectuali ad Deum; & ideo teneatur assignare rationem, cur omnis entitas positiva pertinet ad rationem naturae sit assumptibilis, non autem omnis ratio pertinet ad rationem esse assumptibilis, non autem manifeste principii petio committitur per se, alioquin manum probat, etiam personam, ut sic esse assumptibilem, si personalitas dicit positivum, cum sit eque in potentia obiectuali da Deum. Nec suffragatur, quod inquit Gavatio, ex hoc solum sequi, quod omnis creata entitas, vel creabilis possit produci, vel annihilari; non autem, quod, possit hypostaticè assumi, nisi sit entitas secundum se assumptibilis, qualis est sola natura, non autem personalitas. Non inquit, inquam, quia ex subiectione creaturae ad Deum per potentiam obiectivalem, non tantum sequitur eam posse produci, & annihilari, sed etiam quod de illa potest fieri Deus quicquid contradictionem non implicat, ut est communis omnium Theologorum sententia, & quando creaturam ex vi potentiae obiectivalem ad hoc, vel illud minus elevare ex vi potentiae obiectivalem contradictionis, teneatur assignare rationem ob implicitam, alioquin ad libitum negare possemus, Deum hoc vel illud facere posse de creatura sibi subiecta. Quando ergo inquit persona litatem, entitatem positivam importantem, etiam sit in potentia obiectuali ad Deum, assumi non possit ob implicitam contradictionem, teneatur rationem assignare talis implicitae, nec sufficit implicitam assignare, quia talis entitas est; nam eodem modo de quacunque re negare possemus ad libitum, posset Deum hoc, vel illud facere, ex vi potentiae obiectivalem, implicitam assignando, quia talis entitas est.*

Et cum addit, personalitatem intrinsecè repugnare communicari, & assumi, quia est ultima actualitas contentiens ipsum suppositum in esse omnino incommunicabilem, & inordinabile ad ulteriorem per se actum. Neque adhuc reddi sufficientem implicitam repugnantiam, nam dicere quis possit, hunc naturam probare, naturaliter non esse incommunicabilem, & assumptibilem, & assumptibilem reddi, & assumptibilem praesertim quia personalitas ipsa est saltem communicabilis naturae singulari, quam adicit, & quam reddi etiam incommunicabilem; unde licet naturaliter loquendo dicit incommunicabilem alteri a propria natura, a qua profuit, dicere quis posset saltem supernaturalem, & ex vi potentiae obiectivalem posse quoque alteri a propria natura communicabilem reddi. Nec unquam poterit intrinsecè ratio implicitae ostendi, nisi personalitas ponatur consistere in sola negatione dependentiae actualitatis, & apertudinalis ad alienum suppositum, tunc enim manifeste de eadem natura, contradictoria verificaretur, nam ex eo, quod assumeretur, actualiter dependere ad aliud; & ex eo quod supponitur in se personata, seu propriam retinere personalitatem actualiter non dependere ad aliud, & sic simul, & semel dependere, & non dependere ad aliud, ut discerebamus *q. 4. cit. n. 89.* quod contradictio nunquam manifeste ostendi potest, si personalitas straturum in entitate positiva; ut fuisse ostenditur *loc. cit. & rursus infra n. 83.*

Secunda ratio, quae *loc. cit.* est in ordine quarta sub *num. 84.* & pariter est Scoto *3. disp. 1. q. 1. & contra primum vium* est talis sit personalitas creata in aliqua entitate positiva consistit, & realiter a natura singulari distincta, vel facta modaliter in sensu Recentiorum: tunc posset produci natura, & conservari sine personalitate, quod est magnum inconveniens: quae quidem difficultas facile evitatur in sententia de negativo, nam hoc non potest a natura auferri, nisi adveniente illo, cuius est negatio, liquidem negatio immediate, & formaliter tollitur per formam positivam, quam negat, & cum hoc sit unio ad aliud suppositum sequitur non posse naturam propria privari substantia nisi